ſuffocabat eum. i. grauiter inſiſtebat ⁊ acriter.
nolēs audire excuſatōeꝫ dicēs. Redde qd̄ de/
bes. ꝓcidens ꝯſeru⁹ ſu⁹ rogabat eū dicēs. Pa
tientiā habe i me ⁊ oīa reddā tibi. Jlle aūt no
luit ſꝫ abijt ⁊ miſit eū in carcerē donec redde/
ret vniuerſuꝫ debitū. B Pro q̄ ſciēduꝫ
oīe debitū dimittit ꝑ ſex. Primo penitēti ſuf
ficienter. ſc̄do roganti diligēter. tercio amanti
feruēter. quarto cōpatiēti clemēter. quinto to/
lerāti patiēter. ſexto ꝯdonāti libēter Primo
pcc̄m dimittit penitēti ſufficiēter. de q̄ Hiere.
xviij. Si pn̄iam egerit gens iſta a malo ſuo:
agā ⁊ ego pn̄iaꝫ ſup malo qd̄ cogitaui vt face
rem ei. i. rationeꝫ exigendo. Jdeo hoꝛtat nos
Luc. iij. Facite fruct⁹ dignos penitētie. dicit
nāq̄ꝫ apl̄s. i. Choꝛ. xi. Si noſmetipſos diiu/
dicarem⁹ nō vtiq̄ꝫ iudicaremur. De q̄ ⁊ Ana
clet⁹ papa. vi. q. i. ſi oīa. Si oīa in h̄ ſeculo
vindicata eſſent locū diuia iudicia n̄ haberēt
Jdcirco impenitentibꝫ minat dn̄s Luc. xiij.
Niſi penitētiā habueritis oēs ſimul' peribitis. et
Aug. Quiſq̄s penitētie hūilitatē recuſat deo
appropinq̄re nō cogitat. Nā null⁹ hō trāſit
ad xp̄m niſi eum peniteat fuiſſe qd̄ erat. Jdeo
Aug. in lib. de fide ad Petꝝ. Feſtinemus in/
gredi i requiē ꝑ penitētiā emendādo vitā ex/
tinguamus moꝛtē moriēdo pc̄tis vt vitā acq̄
ram⁹ vite meritis. nā ipe eſt patiēs ⁊ miſericors
qui dixit Ezech. xviij. Si auerterit ſe impi⁹
⁊c. Ecce debitoꝝ remiſſio. Secūdo dimit
tunt debita roganti diligēter. de quo in textu.
Omne debitū dimiſi tibi qm̄ rogaſti me. ecce
quāta eſt virtus pure oꝛationis. Jdeo hoꝛta/
mur Eccli. xxi. Fili peccaſti nō adijcias iterū
ſed de priſtinis depcare vt tibi dimittant. vt
ſcribit Leui. iiij. de offerēte ſacrificiū ꝑ pc̄to. ro
gabit ꝑ eo ſacerdos ⁊ dimittet ei. ſicut beatus

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſtephanꝰ orauit ꝓ lapidatoribꝫ ⁊ exauditus
eſt ꝓ ſancto Paulo. De quo Auguſtinꝰ. Si
ſtephanꝰ nõ oraſſet eccleſia Paulũ nõ habu
iſſet. Tercio dimittunť debita amanti ferven/
ter dñm deũ. ꝓuerb. x. Uniuerſa delicta operit
charitas. ſic factũ eſt marie magdalene Luc.
vij. Dimittunť ei peccata multa ⁊c. Ideo Re/
migiꝰ. Si multũ peccaſti multũ dilige vt mľ
tũ tibi dimittať. qꝛ ſcribiť. i. Pe. iiij. Charitas
operit multitudinẽ peccatoꝝ. de q̃ Aug. Pec/
catũ ꝯdonať ꝑ gr̃az. deleť ꝑ xp̄i ſanguinẽ. tegiť
ꝑ charitatẽ. De quo Ezech. xvi. Expãdi ami
ctum meũ ſup te. ⁊ operui ignominiã tuã. ſ. ꝑ
veſtẽ charitatis. Quarto remittunť debita cõ
patienti clemẽter. ꝓuer. xv. Per miſericordiã
⁊ fidẽ purganť peccata. nã miſcďia eſt q̃ſi vn/
guentũ pietatis. de q̃ Bern. Multe miſerie ꝓ/
ximoꝝ collecte oculo pietatis inſpecte de neceſſi
tatibꝫ paupeꝝ ⁊ anxietatibꝫ oppſſoꝝ ſunt ſpe/
cies vnguētoꝝ que ſanãt vulnera peccatoruꝫ.
Eccli. iij. Ignẽ ardentẽ extinguit aq̃ ⁊ elemo
ſina reſiſtit peccatis. Luc. xi. Date elemoſinã
⁊ ecce oĩa mũda ſunt vob. Quĩto dimittunť
debita tolerãti patiẽter. de q̃ Thob. iij. In tẽ/
pore tribulatõis peccata dimittis. Ideo hor/
tamur Eccli. ij. In dolore ſuſtine ⁊ in hũilita
te tua patiẽtiã habe. qm̃ in igne ꝓbať auꝝ ⁊ ar
gentũ. hoĩes v̾o receptibiles ĩ camino humi/
liatõis. Ideo Apoc. vij. Uidit Johẽs turbã
magnã in albis. cui dixit vnꝰ de ſenioribꝫ. Hi
ſunt q̃ venerũt de tribulatõe magna ⁊ lauerũt
ſtolas ſuas ⁊c. ideo tribulatões patiẽter ſunt
ſuſtinẽde. qꝛ habeť in cano. v. q. v. non om̄is:
Sepe deꝰ mordaciſſimũ medicamentũ tribu
lationis adiũgit ad aĩe medicamẽtũ ⁊ ad cul
pe remediũ. Sexto dimittunť debita condo/
nanti libenter. de q̃ Eccli. xxviij. Relinq̃ ꝓxi/
mo tuo nocenti te. ⁊ tũc dꝑcanti tibi pc̃ta ſol/
uenť. De q̃ ⁊ Mat. vi. Si dimiſeritis hoĩbꝫ
pc̃ta eoꝝ dimittet ⁊ vobis deus debita veſtra
C Sũt em̄ multa q̃ inducũt ad dimitten/
dũ offenſam ⁊ ad indulgẽdũ inimicis. ſ. pctõꝝ
dimiſſio: orationũ exauditio: bonoꝝ accepta/
tio: mortis anime vitatio: ⁊ ſanctoꝝ exultatio
Primũ qď inducit ad indulgendũ inimicis
eſt peccatoꝝ dimiſſio. de quo Luc. vi. Dimit/
tite ⁊ dimitteť vobis. ideo libenter debemꝰ di/
mittere paruũ vt deꝰ dimittat nobis magnuꝫ
Nã ſm̄ Aug. Unuſquiſqꝫ talẽ gratiã accipi/
et ⁊ indulgentiam a deo qualẽ faciet proximo
de quo Luc. vi. Eadẽ menſura qua menſi fue
ritis remetieť ⁊ vobis. Ideo petrus rauenenſ.
Uis tibi dimitti alijs dimitte. Nã ſm̄ Gre.
in omel. Ille recte ſui delicti veniã poſtulat q̃
prius delinquenti in ipſo relaxat. Talis fuit
quidam miles de quo legiť qui occidit patrẽ
alterius militis. ⁊ ille volens vindicare homi
cidiũ patris. nunq̃ꝫ tamẽ potuit eundẽ militẽ
inermẽ inuenire: ſed ſemper armatus inceſſit.
accidit aũt die paraſceues q̃idẽ miles inceſſit
nudipes ⁊ inermis. tunc alius miles euagina
to gladio cucurrit ad ip̄m vindicare homici/
diũ patris. tunc ille miles ꝓſtrauit ſe ante pe/
des alterius militis dicẽs ei. Ego humiliter
ſupplico vos per illũ q̃ hodie ꝓ nobis in cru/
ce mortuus eſt. vt ignoſcatis mihi quicquid
ꝯtra vos feci occidendo patrẽ veſtꝝ. ⁊ ille mi
les erexit eũ. ⁊ ꝓpter ieſum xp̄m crucifixũ totũ
indulſit ei. ⁊ in ſignũ recõciliationis oſculatꝰ
eſt eũ. Cũ autẽ ille miles in eccleſia cũ ceteris
hoĩbꝫ oſculari voluit crucifixũ ſicut moris eſt
in illa die. tũc ieſus in cruce amplexatꝰ eſt eũ
dem militẽ cũ brachijs ⁊ oſculatꝰ eſt eũ coraꝫ
om̄i populo. ⁊ vox ab om̄ibꝫ audita eſt. tu ho
die ꝓpter me indulſiſti illi qui occidit patreꝫ
tuũ. ⁊ ego indulgeo tibi om̄ia peccata tua ho/
die. ⁊ ſic impletũ eſt in illo milite illud dictuꝫ
xp̄i qď habeť Luc. xi. Dimittite ⁊ dimittemi/
ni. Uñ aug. Multa ſunt genera elemoſinaꝝ
q̃s cũ facimꝰ adiuuamur ⁊ dimittunť peccata
noſtra. ſꝫ eo nihil ẽ maiꝰ q̃ꝫ cũ ex corde dimit/
timꝰ qď in nos quiſqꝫ peccauit. Sꝫ indurati
q̃ noluũt indulgere offenſoribꝫ ſuis nullo mõ
debeť ſperare veniã ſuoꝝ pctõꝝ etiã q̃ꝫtumcũ
q̃ꝫ ꝯteranť vľ ꝯfiteanť. qꝛ dicit Iſiď. de ſum. bo
no. Fruſtra ſibi propiciari deũ credit qui cito
placari primo negligit. imo obſtinatis ⁊ ira/
cundis qui noluũt indulgere. id qď eis dimiſ/
ſum fuit exigeť ab eis. Uñ Greg. li. iiij. mora.
Si h̾ qď in nos delinquiť ex corde noſtro nõ
dimittimꝰ. ⁊ h̾ rurſum exigiť qď nobis iam ꝑ
penitentiã dimiſſuꝫ fuiſſe gaudebamꝰ. C
Scďo debemꝰ indulgere. ideo vt deꝰ exaudi/
at orões noſtras ⁊ acceptet bona opa noſtra.
Rõ: qꝛ deꝰ nullũ bonũ acceptat nec orõem ex/
audit q̃ꝫdiu quis ſtat in rancore ⁊ nõ vult in/
dulgere. Uñ Aug. Qui non vult dimittere
fratri ſuo nõ ſperet orationis effectũ. Uñ etiã
Ambro. Si iniuriã nõ dimittis que tibi fa/
cta eſt. orationẽ ꝓ te nõ facis. ſed maledictões
ſuper te inducis. Itẽ nec opa bona: etiã quecũ
q̃ꝫ ſunt illa ſiue elemoſina: ſiue ieiunium: ſiue
peregrinatio. ⁊ caſtigatões corpis ⁊ frequen/
tatio eccliaꝝ ⁊ miſſaꝝ auditio ⁊c. Si em̄ tot
bona opa q̃s om̄i die faceret q̊t ſunt ſtelle celi.
deꝰ nullũ illoꝝ acceptat. Uñ Greg. Munus

nõ acceptaꝫ niſi añ diſcordia ab aĩo pellatur.
Uñ etiã Aug. in ſmone de ſctõ Stephano.
Nemo ſe circũueniat. nemo ſeducat qui vel
vnũ hoĩez in h̃ mũdo odio habet. qc̃qͥd deo in
bonis opibꝫ obtulerit totũ pdet. ꝙ recõciliari
debemꝰ fratri noſtro ſi volumꝰ vt deꝰ acceptet
bona opera nr̃a. Uñ ſaluator Mat. v. Uade
priꝰ recõciliari fratri tuo. ⁊ tũc veniẽs offeres
munꝰ tuũ. Uñ Eccli. xxxiiij. Dona iniquoꝝ
nõ ꝓbat altiſſimꝰ. Quartũ eſt morſ aĩe vita/
tio. nã ꝑ odiũ ⁊ rancorẽ occidimꝰ aĩam. De q̃
i. Joh. iij. Qui odit fratrẽ ſuũ homicida ẽ. ſ.
ꝓprie aĩe. q꞉ ſm Aug. Uita aĩe amor eſt. q̃ nõ
amat mortuꝰ eſt. de q̃. i. Joh. iij. Qui nõ dili/
git manet i morte. ſ. aĩe. ⁊ Aug. Maꝰ eſt dã/
num i amiſſione vniꝰ aĩe ꝗ̃ corpoꝝ mille. nõ/
ne ſtultꝰ eſſet q̃ manũ pforaret vt tm̃ tunicam
primi ledere poſſet. ſic ſtultior eſt q̃ ꝓpter vin
dictã primi occidit ꝓpriã aĩam q̃ pcioſior eſt
ꝗ̃ totꝰ mundꝰ ⁊ oĩa viſibilia mũdi. Uñ Ber.
Totꝰ mundꝰ ille reſpectu vniꝰ anime non pt̃
eſtimari. Quintũ eſt ſanctoꝝ ⁊ angeloꝝ exul
tatio. Uñ Eccli. vi. Uerbũ dulce mltiplicat
amicos. nã angeli ⁊ ſancti ꝑ indulgentiã ini/
micoꝝ erunt tui amici. nõ ſolũ angeli ſ; ⁊ deꝰ
De quo Aug. in ſermone de beato ſtephano.
Pro amore hoĩs inimici efficieris amicꝰ dei.
Nã ſm Criſ. Nihil facit hoĩez deo ita ꝓba
biliter ſimilẽ ſicut ledentibꝫ fore placabilem.
Ideo Mat. v. Diligite inimicos veſtros ⁊c̃.
vt ſitis filij patriſ veſtri q̃ in celis eſt. Nã pr̃is
celeſtis filiꝰ ꝑ naturã. ſ. xp̃s h̃ fecit. q̃ cũ i ligno
extenderet ⁊ crucifigeret qͣſi oĩm imemor cla/
mauit ad patrẽ di. Pater dimitte illis. ſic de/
bet facere filiꝰ dei ꝑ gratiã. Ad qꝺ̃ hortaꝫ nos
Aug. dicẽs. Indulgere inimicis grãdis eſt la/
bor in h̃ ſeculo. ſ; grandiꝰ pmiũ in futuro.

De eadẽ dominica.

## Sermo CLXIX.

## [P]atiẽtiã habe i

me ⁊ oĩa reddã tibi. Mat. xviij.
E Omĩs peccator q̃ ad ratio/
cinia ſpũalia eſt aſtrictꝰ. debet implorare omi/
potentẽ. vt ipſe ꝑ patientiã eũ tãdiu ſuſtineat
donec poſſet agere de peccatiſ penitẽtiã di. Pa/
tientiã habe i me Pro q̃ nota. triplex eſt pa
tientia dei. Prima q̃ tolerat reprobos miſicor
diter vt cõuertanꝫ q̃ ad eos: ⁊ vtiliter q̃ ad bo/
nos vt ꝑ eos purgenꝫ. Aug. Omĩs malꝰ aut
ideo viuit vt ꝯuertaꝫ: aut vt bonꝰ ꝑ eũ exercite
tur. Ro. ix. Suſtinuit in multa patiẽtia vaſa
ire apta i interitũ vt oſtẽderet diuitias glorie
ſue i vaſa miſericordie q̃ ꝓparauit in gloriam.
Gre. Tanto diſtrictiꝰ iudicabit de qͣ̃to diuti
us patientiã ꝓrogauit. Eccli. v. Ne dixeris pec
caui: ⁊ quid mihi accidit triſte. Alia eſt patiẽ
tia qua expectat pdeſtinatos adhuc auerſos
ſuſpendens vltionẽ vt impleat pdeſtinatõis
electionẽ. Sap. xi. Diſſimulas peccata homi
num ꝓpter penitentiã. ⁊ ſic de Paulo. i. Thi/
mo. i. Ideo miſericordiã ꝯſecutꝰ ſum vt i me
primo oñderet ieſus xp̃s oẽm patiẽtiã ad in/
formatõez coꝝ q̃ credituri ſunt illi in vitã eter
nã. Bern. Propter hoc diſſimulat vt cõmen
det patientiã ſuã vt impleat electionẽ ſuam ⁊
ꝯfirmet charitatẽ ſuã. Tercia patiẽtia eſt qua
ꝯuerſis ad ſe indulget ſpaciũ vite vt faciãt di
gnos fructꝰ penitẽtie. ſicut regi Ezechie. Yſa.
xxxviij. Ecce ego adijciã ſup dies tuos. xv. an
nos. Sap. xij. Dans tempus ⁊ locũ per q̃ poſ
ſunt mutari a malicia. Hanc patientiam hic
ſeruꝰ exorat di. patiẽtiã habe in me. In ver
bis pmiſſis tangiꝫ humane beneficentie grati
tudo. cũ dicit. patiẽtiã habe i me ⁊c̃. q꞉ ſm au/
guſtinũ in li. de patiẽtia. Patiẽtia diciꝫ a pati
endo. biñ ꝗ xp̃s eã nob dedit in exemplũ dũ ꝓ
nob mlta paſſus eſt vt ⁊ nos reddamꝰ ei pati
entiã ꝓ ipo reciproce patiẽdo. q꞉ ipe venit ad
nos deſcẽdendo ad paſſionẽ. vt ꝑ eã ſimiliter
ad ipm aſcendamꝰ F Eſt aũt duodecim
gradibꝫ ad ipm aſcendendũ. Primꝰ gradus
patientie eſt nõ reſiſtere malo. ſicut dr̃ Mat.
v. Ego aũt dico vobis non reſiſtere malo: q꞉
patiens homo ſine ictu de hoſte triumphat.
Secundꝰ gradꝰ. malũ ꝓ malo nõ redde/
re. ſicut ſcribiꝫ ad Ro. xij. Nulli malũ ꝓ malo
reddentes. ſicut dicit glo. ſuper Matth. xxi.
Patientia eſt aliena mala equanimiter pati.
⁊ cõtra eũ q̃ irrogat mala nullo animi dolore
morderi. Sic eñ tela hoſtiũ in cor illoruʒ re/
tundit. ſm illud pſ. xxxvi. Gladius eorũ in/
tret in corda ipſoꝝ. ſic hõ vincit perſecutores
ſicut faciebat ſanctꝰ Uincentius qui dicebat
Daciano. videbis me dei virtute plus poſſe
dũ torqueor ꝗ̃ poſſes ipſe inferre qui torques
Sic etiã hõ vincit demones. ſicut legiꝫ de q̃/
dam monacho q̃ cũ dũ quedã puella a demo/
nio arrepta fortiter in maxillã ꝑcuſſiſſet ⁊ ipe
mox aliã pbuiſſet ſtatim diabolus receſſit di.
O violentia mandatoꝝ xp̃i expellit me hinc
Sic etiã hõ vincit ſeipm. ſm illud ꝓuerbio.
xvi. Melior eſt patiens viro forti. Glo. ſup
illud Job. iiij. vbi eſt timor tuus. fortitudo
tua. patiẽtia tua. ⁊ pfectio viaꝝ tuaꝝ. ſic dicit

q̄ ſe vincit oīa vincit. ſi ɔtra oīa fortꝫ eſt Tercius gradꝰ patiētie eſt malo nō r̄ndere. ſm qđ ſcribiť puer. xxvi. Ne r̄ndeas ſtulto iuxta ſtulticiā ſuā ne efficiarꝭ ei ſilis. ꝑ h̄ em̄ maxie vinciť inimicꝰ ita vt magꝭ affligiť ille q̄ īfert iniuriā q̄ꝫ q̄ patiť iniuriā. ſic dicit Amb. li. i. đ offi. c. vi. Qn̄ nob aliq̄s ɔuiciať vt ad iurgiū ꝓuocet. tūc ſilētio muti fieri n̄ erubeſcamꝰ. ꝑctor ei q̄ ꝓuocat nos q̄ iniuriā facit τ nos ſilēs ſui fieri deſiderat. deniqꝫ ſi taceas ſi diſſimulas ſolet dicere q̄d taces. loq̄re ſi audes: ſꝫ n̄ audes mutus es. elinguē te feci. ſi ḡ taces plꝰ rumpiť. victū ſe om̄ino putat τ illuſū. ſi r̄ndeas ſupiorē ſe factū arbitrať q̄ꝛ parē īuenit. ſi em̄ taceas diceť. ille ɔuiciatꝰ eſt hūc. ɔtēpſit iſte. ſi naūt ꝑſeral ɔtumeliā diceť. ambo ɔuiciati ſunt. vterqꝫ ɔdemnať neuter abſoluiť. ergo illiꝰ eſt ſtudiū vt ſilia illi loq̄r ſilia agā. iuſti aūt eſt diſſimulare. Vn̄ pſ. xxxviii. Obmutui τ hūiliatꝰ ſū τ ſilui a bonis. Qui ꝟo bn̄ ſibi ɔſciꝰ eſt falſis nō debet moueri. nec eſtimare plꝰ ponderꝭ eſſe ī alieno ɔuicio q̄ꝫ ī ſuo teſtimonio. hec Amb. Sic ſuſanna ſuis accuſatoribꝫ. ſic τ xp̄s ſuis falſis teſtibꝫ nō r̄ndit. B Quartꝰ gradꝰ patiētie eſt inimicū diligere. ſm illud Mat. v. Diligite inimicos vr̄os. q̄ꝛ ſm Aug. in lib. de patiētia. Vnuſquiſqꝫ iuſtoꝝ tanto eſt ad q̄cūqꝫ tolerāda fortior. q̄to ī eo maior eſt charitas dei. ipa em̄ eſt ignis q̄ ī ſe aduerſa ɔſumit. De q̄ igne dicit Aug. in eodē lib. Voluntas hūana niſi deſuꝑ adiuta τ accēſa igne ſpūſancti. patiēter aduerſa ſuſtinere non ſufficit. niſi em̄ ſic accēſa diligat impaſſibile bonū ferre nō p̄t qđ patiť malū. ſic̄ em̄ ſtrucio naturali calore ferꝝ ɔſumit. ſic tu calore charitatꝭ duras iniurias debes ɔſumere. nō querēs vindictā. q̄ꝛ ſm Greg. ſuꝑ Ezech. omel. vii. Patiētia ꝟa eſt q̄ etiā ipm amat quē tolerat. Nā tolerāſſe τ odiſſe nō eſt virtꝰ māſuetudinis: ſꝫ velamētū furoris. Quintꝰ gradꝰ patiētie eſt malefaciētī benefacere. ſicut dicit Mat. v. Bn̄facite his q̄ oderūt vos. Et iterꝝ ibidē. Orate ꝓ ꝑſequētibꝫ τ calūniantibꝫ vos. ſm Aug. Non eſt magnū circa eū q̄ tibi nihil mali fecit eſſe beniuolū. de q̄ Mat. v. Si diligitis eos q̄ diligūt vos quā mercedē habebitꝭ. q. d. nullam

Sextꝰ gradꝰ patiētie eſt ɔtra flagella non murmurare. ſm illud. i. Chor. x. Neqꝫ murmurauerītis ſic quidā eoꝝ murmurauerūt. τ perierūt ab exterminatore. vt iudei in deſerto. Quia dicit Greg. Nemo murmurās regnū dei accipit. Jō Sap. i. Cuſtodite vos a murmuratōe q̄ nihil ꝓdeſt: ſꝫ nocet. q̄ꝛ nocuit marie ſorori moyſi. q̄ ꝓpter peccatū murmurꝭ fuit plagata lepra carnis Nu. xii. Septimꝰ gradꝰ patiētie eſt q̄libet aduerſa libēter ſuſtinere. Sicut em̄ ſalamādra in igne delectabiliter viuit. ita etiā ſancti τ electi dei delectanť in tribulatione. O q̄ꝫta dulcedo fuit in ſctōꝝ patientia. Sic dicit Aug. in ſoliloq̄o. Peto dn̄e vt oīa amareſcāt mihi. tu ſolꝰ dulcis appareas q̄ es dulcedo ꝑ quā cuncta amara dulcorant. tua em̄ dulcedo craticulam Laurentio dulcē fecit. tua dulcedo Stephano lapides torrentis dulcorauit. ꝑ tua dulcedine ibant apl̄i gaudētes a ɔſpectu cōcilii. q̄m digni habiti ſunt ꝓ nomine ieſu ɔtumelias pati. ꝑ tua dulcedine ibat Andreas ad crucē ſecurus τ gaudēs. q̄ꝛ ad tuā dulcedinē ꝓperabat. Dec tua dulcedo ipos aploꝝ principes ſic repleuit vt pro ipa vnꝰ crucis patibulū eligeret. Alter ꝟo caput ferienti gladio ſubiicere nō timeret. ꝑ hac etiā Bartholomeꝰ ꝓpriam pellē dedit. ꝑ hac guſtāda veneni poculū Johānes intrepidꝰ potauit. τ vt hanc guſtauit Petrus oīm inferioꝝ oblitꝰ clamauit quaſi ebrius dicens. Bonū eſt nos hic eſſe. Et infra. hanc dulcedinē tuā ineffabilē guſtauit virgo agathes q̄ letiſſime ibat ad carcerē q̄ſi ad epulas inuitata. hanc vt reor ipe guſtauit qui dixit. q̄ꝫ magna multitudo dulcedis tue dn̄e quā abſcōdiſti timentibꝫ te. q̄ τ nos hortās dicit. Guſtate et videte τc̄. Hanc dulcedinē expectamus daturā te nobis ꝑ qua tibi dn̄e ɔtinuo militamus ꝑ q̄ mortificamur tota die aduerſa ſuſtinēdo vt in tua vita viuamꝰ D Octauꝰ gradꝰ patiētie eſt de flagellis gaudere. ſicut apl̄s. ii. Chor. xii. Libēter gloriabor in infirmitatibꝫ meis vt inhabitet in me virtꝰ xp̄i. Vn̄ Greg. xx. moral. Sicut ī tritura palee grana premūtur. τ ſicut flores inter ſpinas ꝓdeunt. τ roſa q̄ redolet creſcit cū ſpina que pungit. ſic neceſſe eſt tibi vt aduerſitatibꝫ ꝑmaris. τ ſpinarum aculeis cōpungaris: vt maiorem deo offeras odorē ſuauitatis. nā nō potes eſſe bonꝰ niſi tolerando malū. ſicut dicit ibidē Grego. Si bonus es tolera malū. quiſquis em̄ malū tolerare nō p̄t. ipe ſibi per impatientiā teſtis eſt q̄ bonus nō eſt. Abel em̄ eſſe renuit. quem malicia chaym nō exercet. Nonus gradꝰ patientie eſt tribulationē ſalutē reputare. medicina em̄ τ ſi amara. tamē eſt cauſa ſalutis. Jdeo dulcis reputatur. De hoc dicit Greg. v. moral. Si mens forti intentōe in deū dirigiť quicquid ī hac vita malū eſt ſibi dulce eſtimat. τ omne qđ affligit requiē putat. Decimꝰ gradus

patientie eſt de tribulatiōibꝫ deo grās referre.
ſicut dr̄.i. Theſ.v. In oībꝫ grās agite. In hꝰ
eñ chriſti paſſiōibꝫ ꝯformamur.ſic dicit Gre.
Sine ferro ⁊ flāma martyres eē poſſumus:ſi
patientiā in aīo veraciter ꝯſuamꝰ ⁊ in amore
diuīo hꝰ toleramꝰ.ſicut di. Augꝰ.de v̄bis apl̄i
ſmone.xv. Si in te fuerit charitas dei: cōica/
bis paſſionibꝫ chriſti:⁊ verꝰ martyr eris.in q̄
eñ charitas coronat̃:ipe eſt verus martyr.
Undecimꝰ gradꝰ patiētie eſt ad alia ſuſtinen
da ſe preparare.ſicut dr̄ Mat.v. Qui vult tecū
in iudicio ꝯtēdere ⁊ tunicā tuā tollere.dimit
te ei ⁊ palliū. Uñ Aug.in ep̄la ad marcellinū
Precepta patiētie ſunt ſp̄ in cordis preparatōe
retinēda.ipaq; beniuolētia:ne reddat̃ malū ꝑ
malo.ſꝫ in volūtate cōplenda eſt.i.ſi hꝰ nō cō
tingit tibi: nihilominꝰ ad hꝰ parꝰ exiſtēs et in
volūtate implēs potes meritum obtinere.
Duodecimꝰ ḡdus patiētie eſt in flagell' dolo
rē nō ſentire. Talis fuit tyburtiꝰ q̄ ſup prunas
ardētes incedēs dixit. Videt̃ mihi ꝙ ſup roſe
os flores incedo in noīe dn̄i ieſu chriſti. Ideo
Amb.li.i.de offi.c.vij.dicit. In oībꝫ tribulati
onibꝫ fugiēdo ⁊ nō reuerberādo oēs hoſtes fe
rimus ⁊ ꝓſternimꝰ.nā q̄ fugiēdo repcutit ini
micū:maiores plagas infert ſequēti ſe.ex eo ꝙ
ille impetuoſe currit ad gladiū.⁊ gladius ſibi
impetuoſe occurrit.fugiens aūt ſi pcutit̃.q2 ce
dit ictibꝫ minꝰ offendit̃. Sic ergo q2 chriſtus
ꝓ nob̄ paſſus eſt.dicamꝰ.patientiā habe i me
tanq; in mēbro tuo.⁊ oīa ꝓdicta reddam tibi:
tanq; gratꝰ beneficioꝝ tuoꝝ.

Dn̄ica viceſimatercia Sermo.CLXX

# Quid me tēpta

tis ypocrite.ſcribit̃ Mat.xxij.⁊ le
gitur in p̄ntis dn̄ice euangelio
Dicit Ariſto:in ꝓbleumatibꝫ ꝙ homies
ebrij audiētes dulcē ⁊ bonā melodiā frequen
ter lacrimant̃. Rō.q2 ebrij cōiter ſunt leti:⁊ eis
vapores ⁊ fumi potꝰ aſcendunt ſurſum ad ca/
put ⁊ ducūt ⁊ detrahūt ſecū materiā melanco
lie ⁊ triſticie.⁊ ſic alleuiant̃ ⁊ letant̃.mō audiē
tes tali tp̄e dulces cantꝰ leticia eoꝝ fortificat̃.
⁊ ſic ꝑ nimia leticia lacrimant̃.ſicut etiā fit tp̄e
riſus ꝙ hoīes ꝑ leticia lacrimant̃. Sp̄ualiter.
Sic ebrij in charitate diuīa audiētes dulcia
v̄ba adulatiōis aut lacrimant̃ aut ſuſpirant.
de q̄ Chriſ. Uir ſapiens cū laudat̃ in facie fla
gellat̃ in corde.q2 ꝑpendit illd' Iſa.iij. Popu
le meꝰ qui te beatū dicūt:ipi te decipiunt Sic
fuit deceptꝰ achab.iij. Regū.vlti. q̄ noluit cre
dere michee ꝓph̄e.ſꝫ adherens falſis ꝓphetis
egreſſus in preliū ꝯtra regē ſyrie ⁊ ꝑcuſſus eſt
ſagitta inter ſtomachū ⁊ pulmonē.⁊ mortuus
eſt veſpe.⁊ canes linxerūt ſanguinē eiꝰ. Sp̄ū
aliter.ſic hō nolēs credere correctori ſꝫ adula/
tori opponit ſe regi celi.venit tūc ſagitta diui/
ne iuſticie ⁊ corruit veſp̄e.i.in hora mort'.tūc
canes infernales lingūt eiꝰ ſanguinē.i.delectā
tur in dānatiōe.⁊ ſic decipiunt̃ blādicijs adu
latorū. Iō Sydoniꝰ in ep̄lari. Magis timeo
adulatorē hoīem q̄ȝ infernalē ꝑncipem. Naȝ
adulatores ſunt diaboli ioculatores: ⁊ letifi/
cant hoīeȝ in his q̄ nihil ſunt. Iō Hiero. A/
dulator apud ph̄os diffinit̃ blādus inimicꝰ.
ḡ tales ſunt timēdi.de q̄ Cycero. Nō intantū
ſunt timēda ꝑſecutoris v̄bera q̄ntū adulatoris
v̄ba ſuauia ⁊ depicta. Iō ꝓuerb.i. Fili mi ſi te
lactauerint pctōres.i. adulatores ne acq̇eſcas
eis.nā ſunt diaboli ꝓditores:vt iudas chriſtū
ſub ſpecie oſculi ⁊ amicicie tradidit. et ioab a/
maſaȝ amicabiliter ſalutauit di.ij. Reguȝ.xx.
Salue mi frater:⁊ effudit inteſtina eius occi
dens eū.⁊ ſic tales occulte occidunt hoīem in
aīa. Unđ Catho. Cū te aliq̇s laudat.iudex
tuus eſſe memēto.plus alijs de te q̄ȝ tu tibi cre
dere noli. Dicit nāq; Uarro in ſentētijs. Tal'
eſt q̇ adulatorie ſuggerit ſicut q̇ clam perimit
id eſt occidit. Quapropter inq̇t Aug. Plus
nocet lingua adulatoris q̄ȝ manꝰ ꝑſecutoris Iō
tales ſunt acriter arguēdi ⁊ nō lete audiendi.
exemplo chriſti q̇ ſuis adulatoribꝫ reſpondit
Quid me tēptatis ypocrite. K In ſūma
euāgelij duo innuunt̃. Prīo phariſeorū ceca
malicia. ſc̄dō chriſti ſaluatoris vera iuſticia.
Primū ibi.abeūtes phariſei. ſc̄dm ibi.oñdi/
te mihi nūmiſma cēſus. De pͥmo dicit. In illo
tp̄e.ſ.cū chriſtꝰ impoſuit ſilentiū ſaduceis q̇ er
rauerūt de reſurrectiōe.tūc phariſei abeuntes
⁊c̄. Nota malicia eoꝝ notat̃ in ſex. Prīo in ſe/
paratiōe a chriſto.cū dicit abeuntes.ſ.a facie
diuīe dulcedinis.q̄ dulcedo ſm̄ Oroſiū faci/
es eſt diuīa.ab hac receſſerūt ꝑmanētes in eo
rū obſtinacia ⁊ volūtate ꝑuerſa. abeūtes a ſū/
mo bono in malū pc̄ti.a iuſticia ad iniuſticiā.a
vita ad mortē.ab eterno lumīe ad tenebras vi
ciorū. De q̇bꝫ Hiere.xvij. Dn̄e oēs q̇ te dere
linquūt ꝯfundent̃.recedētes a te in terra ſcri/
bent̃.qm̄ dereliquerūt venā aquaꝝ viuētium
dn̄m. O q̄t ſunt hodie tales q̇ cū corriguntur
nō emēdant̃ ſꝫ peiores efficiunt̃. vt di. Chriſ.
Sicut ignis de quāto plura ligna ſuſcipit:de
tanto maior flāma exit. ⁊ ſic ꝑuerſi de quanto
plura bona ſuſcipiunt:de tanto deteriores fiūt

Tales fuerunt iudei. de q̇bꝫ Amos. v. Odio
habuerūt corripientē in porta. Scḋo notat̃
eoꝝ malicia in ꝯſilij pueri inq̇ſitiōe. de q̇ ſub
dit in textu. inierūt ꝯſiliū cū herodianis. de q̇
Chriſ. Quale cōſiliū: tales ꝯſiliarij. De eorū
ꝯſilio dicit patriarcha Jacob Gen. xlix. Sy
meon ⁊ leui frēs vaſa iniq̇tatꝭ bellātia: in eorū
ꝯſiliū nō veniat aīa mea. q: malū L Nā
conſiliū bonū q̇rit̃ a q̇ttuoꝛ. Pꝛīo a deo. ſecun
do ab hoīe bono. tercio a ſapiēte ⁊ non fatuo.
q̇rto a ſene ⁊ expto. Pꝛīo bonū cōſiliū ꝓncipa
liter q̇rendū eſt a deo Thob. iiij. Oīa ꝯſilia
tua in ipo ꝑmaneāt. ⁊ ꝑ̃ in magnis cauſ̃ ⁊ ope
ribꝫ deberet fieri inchoatio ab inuocatiōe ſpūſ
ſancti. De q̇ Boeciꝰ in de ꝯſolatu. Jnuocādū
duximꝰ gubernatoꝛē oīm. q̇ ꝑmiſſo nullū
rite fundat̃ exoꝛdiū. Hoc fecit Judith c. viij.
di. Oꝛate vt firmū faciat deꝰ cōſiliū meū. q̇d
⁊ factū eſt. q: ſcribit̃ Job. xij. Jpe hꝫ ꝯſiliū ⁊
intelligentiā. ⁊ puer. viij. Ego ſapiā habito ī
conſilio. ⁊ Ecci. i. Oīs ſapiā a dño deo ē. iō
ab eo q̇renda eſt. Jō Augꝰ. de ciui. dei. ⁊ habet̃
in cañ. xxvi. q. ij. q̇ ſine. Qui ſine ſaluatoꝛe ſa
lutē vult hr̃e. ⁊ ſine vera ſapia eſtimat ſe prudē
tem fieri poſſe. nō ſanꝰ ſꝫ eger: nō prudens ſed
ſtultꝰ in egritudine aſſidua laboꝛabit. ⁊ in ceci
tate noxia ſtultꝰ ⁊ demens ꝑmanebit. O quot
ſunt hodie tales ꝓpꝛie prudētie ꝯfidētes: ⁊ cō
ſiliū a deo nō q̇rentes. Quibꝫ maledicit Jſa.
v. ca. di. Ve q̇ ſapiētes eſtis in ocul' vrīs. ⁊ co
rā vobiſmetipis prudētes. Scḋo bonū ꝯſili
um dꝫ q̇ri ab hoīe bono ⁊ ñ malo. Bern. Bo
nus in ꝯſilio. bonꝰ in obſequio. ſicut a veneno
ſic a malo cōſiliario fuga aīaꝫ tuā. Ecci. xxxvij
A cōſiliario malo ſerua aīam tuā. Rō ps. cv.
Jpi exacerbauerūt eū in ꝯſilio ſuo. ⁊ ſic. ij. Re
gū. xvi. dixit abſalon ad achitofel. Jnite cōſi
liū q̇d agere debeamꝰ. ⁊ ait achitofel ad abſalō
Jngredere ad cōcubinas pr̄is tui q̇s dimiſit
ad cuſtodiendā domū. ⁊ cū audierit oīs iſra
el ꝙ fedaueris pr̄em tuū roboꝛent̃ tecū manus
eoꝝ. Chriſ. Quale cōſiliū: tales conſiliarij. et
ſic hic. Jō puer. xij. Cōſilia impioꝝ fraudulē
ta. Tercio bonū cōſiliū dꝫ q̇ri a ſapiēte. De
q̇ Thob. iiij. Conſiliū ſemꝑ a ſapiēte ꝑquire.
Nā aqua non eſt hauriēda de ciſterna arida.
Sic aqua ſapie ab inſipiētibꝫ nō eſt q̇renda.
De q̇ Ecci. viij. Cū fatuis cōſiliū ne habeas.
nō eñi poterūt diligere niſi q̇ eis placēt. ita vt
de eis verificet̃ illud Jſa. xix. Sapiētes cōſili
arij pharaonis dederūt ꝯſiliū inſipiēs. Quar
to cōſiliū eſt q̇rendū a ſene experto. nō a iuue
nibꝫ. q: ſunt laſciui ⁊ inexꝑti. Sic fecit Robo
am. iij. Reg. xij. q̇ derelicto conſilio ſenioꝝ q̇d
ei dederūt: ſecutꝰ eſt conſiliū iuuioꝝ. ꝓpter q̇d
ꝑdidit ppl'm ſuū. Jō Ariſto. Non ſunt iuue
nes ad philoſophiā vtiles. q: nimis paſſiona
ti. Jdcirco dicit Grego. et habet̃ in cañ. i. q. i.
eſtote. Experti graueſq꞉ moꝛibꝫ ꝓ cōſilio ſunt
req̇rendi. Dicit eñi ſic. Graues expertoſq꞉ viros
cōſilij vrī adhibete pꝛīcipes. quā req̇ſitionem
docuit ieſus filiꝰ ſydrach. Ecci. xxxij. Fili ſine
cōſilio nihil facias. ſcꝫ ſenioꝝ ⁊ expꝛtoꝝ. ⁊ ſub
dit. Poſt factū nō penitebiſ. Jō Prouer. xij
Aſtutꝰ oīa agit cū cōſilio. nā vbi multa cō
ſilia ibi ſalus. puer. xi. M Tercio nota
tur malicia phariſeoꝝ in praua intentiōe. De
qua ſubdit. vt caperent ieſum in ſermone. Ecce
malicia. voluerūt illū capere in ꝟbis. q̇ ꝟbo ce
lū ⁊ terrā cōdidit: ⁊ quem celi capere nō pñt. vt
dr̃. iij. Reg. viij. Et q̇ eſt ſapia dei pr̄is: ⁊ q̇ no
uit decipientē: ⁊ eū q̇ decipit̃. vt habet Job. xij.
Et q̇ nouit abſcondita coꝛdis. hūc voluerunt
capere in ꝟbis. ecce q̇nta malicia Quarto nota
tur eoꝝ malicia in ꝟboꝝ dulcedine. Chꝛiſoſt.
Mgr̄m vocant cuiꝰ diſcipuli eſſe noluerūt.
Et reuera eſt mgr̄ Joh. xiij. Vocatiſ me mgr̄ ⁊
dñe: ⁊ bene dicitiſ. ſum etenī. Eſt nāq꞉ mgr̄ hu
militatiſ. pietatis. charitatis ⁊ ꝟitatis. Pꝛīo ē
mgr̄ hūilitatis. de q̇ Joh. xiij. Si ergo ego la
ui pedes vr̄os dñs ⁊ mgr̄: ⁊ vos debetis alter
alteriꝰ lauare pedes. i. hūilitatē exhibere. quā
docuit Mat. xi. Diſcite a me q: mitis ſum et
hūilis coꝛde. Qui igit̃ vult foꝛe diſcipulꝰ illiꝰ
mgr̄i: dꝫ doctrinā hūilitatiſ ſeq̇. q: ſcribit̃ Lu
ce. vi. Nō eſt diſcipulꝰ ſuꝑ mgr̄m. ⁊ ſupbi eiꝰ
nō pñt foꝛe diſcipuli. Jō pñt cōq̇ri illud ꝓ
uerb. v. Mgr̄is nō inclinaui aurē meā. ꝓpe
fui in oīmi malo. ⁊ merito. q: dicit Pſ. cxviij.
Jncrepaſti ſupꝫbos. maledicti ⁊c. Jō ait Joh.
viij. Si vos manſeritis in ſmone meo: vere di
ſcipuli mei eritis. Scḋo eſt mgr̄ pietatiſ quā
exhibuit Joh. viij. cū mlier eēt dephenſa in
adulterio dixerūt phariſei. mgr̄. Moyſes mā
dauit nobis huiuſcemodi lapidare. ipe aūt ꝑ
pietatē abſoluit eā dicens. Nemo te cōdēna
uit mulier. ridit. nemo dñe. ⁊ ſic ꝑ ſuā pietatē
eā abſoluit. Hanc pietatē etiā exhibuit cum
mādūcauit cū pctōribꝫ. vñ ſcandaliſati ſunt
phariſei ⁊ dixerūt Mat. ix. Quare cū publi
canis ⁊ pctōribꝫ māducat magiſter vr̄. ridit
Nō eſt opus valētibꝫ medicꝰ: ſꝫ male habēti
bus. Sic q̇ volūt foꝛe eiꝰ diſcipuli debent foꝛe
miſericoꝛdes ⁊ pij. q: dicit Amb. Nil ita cō
mendat chꝛiſtianū q̄ miſericoꝛdē ſe exhibere
⁊ piū erga proximū. Jō. i. Thim. iiij. Exerce

teſpm ad pietatē.q: ſm Ambro.ſup Bti im/
maculati. Pietas oīm ꝟtutū eſt fundamētū.
Jō apl's.i. Thimo.iiij. Pietas ad oīa vtil'
eſt:pmiſſionē hñs vite que nunc eſt et future
Tercio chriſt⁹ eſt mgr̄ charitatis:q̄ charitatē
habuit ⁊ docuit.habuit vt pꝫ Joh.xv. Ma
iorē hac dilectionē nemo hꝫ q̄ꝫ vt aīam ſuā ⁊c.
De quo apl's ad Ephe.ij. Propter nimiaꝫ
charitatē ſuā qua dilexit nos cū eſſemus mor
tui pc̄tis cōuiuificauit nos in chriſto. Item
charitateꝫ docuit Mat.xxij. Magiſter qd̄ ē
mandatū magnū in lege.rn̄dit. Diliges dn̄m
deū tuū ⁊c. Et ſic q̄ volunt fore ei⁹ diſcipuli de
bent hr̄e charitatē dei ⁊ pximi. De q̄ Joh.xiij.
Jn h̄ cognoſcēt oēs:q: diſcipuli mei eſt' ſi di
lectionē habueritis adinuicē. Dicit nāqꝫ Au
gu. Sola dilectio diſcernit inter filios dei et
diaboli. Signent ſe oēs ſigno crucis. Rn̄de/
ant oēs amen.cantēt oēs alleluia.baptiſen
tur oēs.intrēt eccl'ias.nō diſcernunt filij dei
⁊ diaboli filij niſi ex charitate. Quarto eſt ma
giſter ꝟitatis.de q̄ ſubdit in textu. Magiſter
ſcim⁹ q: verax es. Hic notat phariſeorū q̄nta
malicia.ſ.in adulatiōe.de q̄ Chriſ. Ut ſeduce
re poſſint ab adulatiōe incipiūt: velut thauꝝ
ferocē cape deſiderātes:⁊ in fronte fricantes vt
eū deijcere poſſint.ſic ⁊ ipi p adulationeꝫ chri
ſto fecerunt:eū collaudātes de veritate:dicen/
tes. Mgr̄ ſcim⁹ q: verax es.reuera verax.ad
Ro.iij. Eſt aūt de⁹ verax.oīs aūt hō mēdax.
imo nō ſolū verax:ſꝫ ⁊ veritas. Joh.xiiij. Ego
ſum via veritas ⁊ vita. ¶ Erat enim in
chriſto veritas triplex.ſ.vite.doctrie ⁊ iuſticie
Primo veritas vite.de q̄.iiij. Reg.xx. ⁊ Jſaie
xxxviij. Memēto q̄ſo dn̄e q̄uō ambulauerī
corā te in ꝟitate ⁊ in corde pfecto.⁊ qd̄ bonuꝫ
eſt in ocul' tuis fecerim.ſic locut⁹ eſt Ezechi/
as rex.multo mag' chriſt⁹.i. Pe.ij. Qui pec/
catū nō fecit.nec inuent⁹ eſt dolus in ore ei⁹.
q: veritas eſt a q̄ oē verū eſt. De q̄ Aug. Ne
mo p̄t dicere q̄d ꝟitatis eſt niſi illumineſ ab il/
lo q̄ mentiri nō p̄t.ſ.a deo. Dicit em̄ apl's He
breo.vi. Jmpoſſibile eſt mētiri deū.⁊ Nume.
xxiij. Nō eſt de⁹ q̄ſi hō vt mentiaſ. Jdo meri
to cōmendabāt eum de ꝟitate vite. Scd̄o ha
buit veritatē doctrie.de q̄ ſubdit in textu.⁊ vi/
am dei in veritate doces.reuera veritateꝫ do/
cuit:et nō tacuit.de q̄ ps.xxxix. Nō abſcondi
miſericordiā tuā ⁊ veritatē tuā a ↄcilio multo
Jō dicit Joh.xviij. Jn hoc nat⁹ ſum ⁊ veni i
mundū vt teſtimoniū phibeā veritati. Nam
piculoſum eſt veritateꝫ ſcire ⁊ obticere. De q̄
Aug⁹.⁊ habeſ in cañ.xi.q.iij.quiſquis. Quiſ
q̄s metu cuiuſlibet ptātis veritatem occultat
irā dei ſup ſe puocat:vterqꝫ reus eſt.q: magis
timet hoiem q̄ꝫ deū. Et poſt pauca.⁊ q̄ verita/
tem occultat:⁊ q̄ mendaciū dicit.q: ille pdeſ/
ſe nō vult:iſte nocere deſiderat. Tercio habu
it veritatē iuſticie.ita q̄ nec timore nec mune/
re illā puertit nec pmutauit.vt ꝟitas peruerti
ſolet in ſeculo. De q̄ Grego.et habeſ in cano.
xi.q.iij.q̄ttuor modis. Quattuor modis hu
manū iudiciū puertiſ.ſ.amore.odio.timore ⁊
cupiditate.quoꝝ nullū fuit in chriſto.de quo
ſubdit in textu. Nō eſt tibi cura de aliq̄.nō ei
reſpicis pſonā hoīs.ſ.diuitis vel pauperis
De q̄ Actu.x. Jn veritate comperi:q: non eſt
acceptor pſonaꝝ deus Sic nec debet eſſe inter
hoīes Jaco.ij. Si pſonā accipitis peccatū
opamī. Uñ dicit ſ. Tho.ij.ij.q.lxiij.ar.ij. Jn
acceptione pſonaꝝ eſt triplex ordo ↄſiderād⁹
Primo prelationis.⁊ ſic pſona in p̄latiōe cō/
ſtituta eſt p alijs honorāda rōne boni cōmu
nis.i. Pe.ij. Regem honorate.et ad Ro.xiij.
Nō eſt ptās niſi a deo Scd̄o ↄſiderādus eſt
ordo fraterne dilectiōis.⁊ ſic chriſtianus ma
lus optimo iudeo eſt p̄ferēdus. q: dicit apl's
ad Gal.vi. Operemur bonū ad oēs.maxi/
me aūt ad domeſticos fidei. Tercio p̄t ↄſide/
rari ordo ꝟtutis.vt ei q̄ maioris eſt gratie ꝟ/
tutis maior honor exhibeaſ.q: dicit phus in
iiij.ethi. Honor eſt exhibitio reuerentie in ſi/
gnū ꝟtutis. Et p̄ter iſtos tres ordines quar/
to ↄſiderādus eſt ordo premij qd̄ expectatur.
vt cū honoras diuitē pp̄ter h̄:q: prodeſſe po
teſt reipublice.vl' tibi aut alijs i neceſſitate cō
ſtitutis.⁊ ſic p̄ferēdus eſt diues paupi qui h̄
nō p̄ōt.nō tamē paup eſt ſpernēdus.q: dicit
Eccl's.ix. Uir paup ⁊ ſapiens liberabit vrbeꝫ
p ſapientiā ſuā. Cū autē honoras diuitē pro
pter munera:⁊ in hoc ſpernis paupes a quibꝰ
talia nō ſperas.hoc eſt pc̄m̄ mortale.q: ↄtra
dilectionē pximi ⁊ pceptum dei.q: ſcriptū eſt
Leui.xix. Nō ↄſideres pſonā paupiſ.nec ho
nores vultū potentis in iudicio. Jō di. Hu/
go. Acceptio pſonaꝝ eſt vacua reuerētia exhi
bita alicui nō cauſa debiti vl' meriti:ſed pp̄ter
timorē vl' pp̄riā vtilitatē.ſ.diuitias ⁊ mune/
ra. ¶ Pro quo ſciendū q̄ piculoſuꝫ eſt
accipe munera q̄ttuor de cauſis. Primo rati/
onē excecant.ſcd̄o mentem corrumpūt.tercio
maledictionē inducunt.q̄rto ad gehennā p/
ducunt. Primo rōnem excecant ⁊ mutos fa/
ciunt erga veritatē. De q̄ Eccl.xx. Xenia ⁊ do
na excecant oclos iudicū. Jō Exo.xxvi. Nō
accipias munera q̄ etiā excecant prudentes ⁊

ſubuertunt vba iuſtoꝝ. quis em̄ inſanos re/
cipet in hoſpitiū ſuū a quibꝯ deberet excecari
vl̄ mutus effici. Quapropter dicit Gre. Nō
poteſt cōſtanter argui a q̄ accipit mun⁹. Late/
nus apl̄s noluit accipe nedū accipet: autori
tatē magiſterij ꝛ correctionis declinaret. nā ta
les ad munera reſpiciētes vt dicit Iſaias. lvi
ſunt ſicut canes muti nō valētes latrare. q̄ e/
uenit interdū ꝙ platus cū tanto latratu obui
at paupi q̄ſi vellet eū deuorare. ſed iſte pꝛoicit
aliq̄d in os ei⁹ ꝛ aufert ei loquelā. Iō Caſſio.
in epl̄a. Oblatio muneris eſt tinea regiminis
Scd̄o munera mentē corrumpūt: ꝛ veritatē
iuſticie puertūt. De quo. i. Reg. viij. Declina
uerunt poſt auariciā: acceperūtq̄ꝫ munera ꝛ p
uerterunt iudiciū. O quot ſunt hodie tales.
qd̄ cōqueritur Iſa. i. Principes tui infideles
ſocij furū. oēs diligūt munera. ſequuntur re
tributiones. pupillo nō iudicant. ꝛ cauſa vi/
due nō ingredit̄ ad illos. Ideo graue eſt in p̄
latis ꝙ diligūt munera. Quapropter dixit ie
tro moyſi Exodi. xviij. Prouide aūt de omni
plebe viros ſapiētes ꝛ timētes deū in quibꝯ ſit
veritas: ꝛ q̄ oderint auariciā. ꝛ ſtet ꝙ aliqui p
munera nō corrumpant. tn̄ pſumptio habet̄
cōtra eos de corruptiōe. de quo Hiero. Sicut
matrona nō eſt caſta q̄ munera accipit cū ro/
gatur. ſic iudex munuſcula accipiēs immunis
a corruptione nō iudicat̄. Iō Prouerb. xvij.
Munera de ſinu impi⁹ accipit vt puertat ſe/
mitas iudicij. Tercio munera maledictionē
inducūt. Deutero. xxvij. Maledict⁹ qui acci
pit munera vt pcutiat aīam ſanguinis inno
centis. Iniquū eſt em̄ iudicē vel principē mu
nera querere. Vn̄ Ps̄. xxv. In quoꝝ manib⁹
iniq̄tates ſunt: dextera eorū repleta eſt mune/
ribus. vbi Petrus bleſenſ. Tranſibūt iniqui
tates in penā: ꝛ munera in dolorē. de q̄ Iſa. i.
Ve qui iuſtificatis impiū p muneribꝯ: ꝛ iu
ſticiā iuſti aufertis ab eo. Cupidus em̄ cū mu
nus accipit: credit ſe benedictionē accipe. vnd̄
munus vocat̄ benedictio. iiij. Regū. v. Dixit
naaman heliſeo. Obſecro vt accipias benedi
ctionem a ſeruo tuo. ſed latuit ibi maledictio:
quā giezi ſenſit: cū lepra naaman ei adheſit.
Ideo Prouer. xvij. Qui iuſtificat impium ꝛ
qui cōdēnat iuſtum. ſcꝫ ꝓpter munera: vterq̄ꝫ
abominabilis eſt apud deū. Quarto munera
ad gehennā pducunt Iob. xv. Ignis deuora
bit tabernacula eoꝝ q̄ munera libenter accipi/
unt. E cōuerſo vero ſcribit̄ Prouerb. xv. Qui
odit munera viuet. De q̄ Iſa. xxxiij. Qui ex/
cutit man⁹ ſuas ab om̄i munere. iſte in excelſ

habitabit. vbi Grego. dicit. ab om̄i munere.
nā aliud eſt mun⁹ ab obſequio. aliud a manu
aliud a lingua. Munus ab obſequio eſt ſub
iectio indebite impenſa. mun⁹ a manu eſt pe/
cunia. munus a lingua eſt fauor quē q̄rit in/
anis glia. ſcꝫ adulatio laudis. ¶ Sed
diceres. eſt ne ſemp rep̄heſibile munera acci/
pere. Rn̄det̄ tribꝯ modis eſt rep̄heſibile. Pri/
mo qn̄ accipit q̄ nō indiget. vt qn̄ recipit qd̄
paupibus dari deberet. Vn̄ Hierony. ad Da
maſum papā. Clerici q̄ de bonis parentū ſu/
ſtentari poſſunt. ſi qd̄ pauperū eſt recipiūt ſa
crilegiū cōmittunt p abuſionē. tales iudiciū
ſibi manducāt ꝛ bibunt. Et Proſper de vita
cōtemplatiua. Habentes vnde ſuſtentent̄ nō
ſine grandi peccato vnde paup victurus erat
accipiūt. Secūdo eſt rep̄henſibile cū accipi/
unt ea q̄ dantes tenent̄ reſtituere eis a quibus
habuerūt. de q̄bus dicit Hiero. Qui a rapto/
ribus: ſimoniacis: feneratoribꝯ ꝛ malis omni
bus munera accipiūt: ſil̄es ſunt illis q̄ mino/
res piſces a magnis deuoratos comedūt. Si
cut ei piſces deuorati nulli vſui ſunt apti. nec
oblatio taliū vlli vſui apta eſt. Hoc vicio la/
borant quidā religioſi exteri⁹ p̄tendentes ſan
ctitatē. interius pleni auaricia: qui q̄ſi merca/
tores ſunt pelliū agnelloꝝ: q̄ indifferēter oīa
accipiunt. figurati p gedeonē. qui inaures au
reas de preda madianitarū accepit: vt faceret
inde ſacerdotales veſtes. ꝛ factū eſt gedeoni ꝛ
om̄i domui ei⁹ in ruinā. vt legit̄ Iudicū. viij.
Iſti etiā ſunt ſil̄es ſauli: qui regē amalech et
meliores de ouibꝯ reſeruauit: volens immola
re deo. ꝓpter qd̄ eū abiecit dn̄s ne eſſet rex. vt
legitur. i. Regū. xv. Iſti etiā cōtra ꝓhibitionē
legis morticiniū comedunt a beſtijs captum.
Tercio eſt rep̄henſibile quādo accipiunt mu
nera p cauſa p qua nō deberēt: ſicut iudices q̄
munera accipiūt vt iuſticiā deferāt: vl̄ iuſtici/
am faciūt quā grat̄ debent facere. xi. q. iij. Nō
licet iudici vendere iuſtū iudiciū. Nā iuſtici/
am venditā dn̄s iudicabit. Ps̄. lxxiiij. Cū ac
cepero tempus: ego iuſticias iudicabo. Nam
munera accipe vt deferat̄ iuſticiam: eſt q̄ſi pecca
tū iude. Vnde ſup illud Matth. xxvi. Exin
de querebat oportunitatē vt eū traderet. dicit
Gloſa. Multi hodie ſunt q̄ factū iude exe/
crantur: ꝛ idē faciūt. nā cū pro munere falſum
teſtimoniū dicūt. deū qui veritas eſt vendūt.
Ac ſimuli q̄ p munere falſum iudiciū faciūt: de
um q̄ iuſticia eſt vendūt. O q̄ꝫ multociēs fit
hoc. qd̄ cōquerit̄ Inno. lib. vij. de vilitate hu/
mane cōditionis dicēs Clamat paup: nullus

audit. loquit᷑ dives: q̄libet applaudit: ⁊ quod peius eſt vt habet. xi. q. iij. paup. vbi dicit Iſido. Paup dū nō habet q̄d offerat in iudicio. nō ſolū audiri ɔtemnit᷑. ſed etiā ɔtra veritatē opprimit᷑. Et ſic pʒ q̄ȝ grande eſt pctm̄ acceptio munerū ⁊ pſonarū. Jō Iaco. ij. Frēs nolite in acceptiōe pſonarū hr̄e fidē dn̄i noſtri ieſu chriſti. Etenī ſi introierit in ɔuentū veſtrū vir aureū anulū habens in veſte candida. introierit aūt ⁊ paup in ſordido habitu ⁊ intendatis in eū qui indut᷒ eſt veſte pclara. ⁊ dixeritis ei. tu ſede hic bene. paupi autē dicatis. tu ſta illic: aut ſede ſub ſcabello pedū meorū. Nōne iudicatis apud voſmetipſos ⁊ facti eſtis iudices cogitationū iniquarū. Nōne elegit deus pauperes in h̄ mūdo divites in fide: ⁊ heredes regni. Quib᷒ dicit Mat. v. Beati pauperes ſpū ⁊c. Attamē dicit ſanct᷒ Tho. ij. ij. q. lxiij. arti. iiij. ꝙ grauī᷒ peccat q̄ pſonā accipit in diſpenſatiōe ſpūaliū q̄ȝ corpaliū ſiue tempaliū rerū. Q Sexto notat᷑ malicia phariſeorū in falſa inq̄ſitione. de qua ſubdit. Dic ergo nobis. q̄d tibi videt᷑. licet dare cenſum ceſari an nō. Unde iudea facta erat tributaria a tpe natiuitatis chriſti. Jō Tyberius pfecit pylatum. Et ꝺ hac q̄ſtione longa ɔtētio habita ē. q̄ȝ phariſei dicebāt ꝙ non. alij vero ꝙ ſic: propter defenſionē reipublice. ⁊ ſic miſerunt diſcipulos eorū cū herodianis: dicētes. q̄d tibi videtur. nō dicūt. dic nob̄ quid eſt bonū. q̄d expediens. q̄d legale. ſed q̄d tibi videt᷑. Reſpiciebāt em̄ ad tradendū eū pylato: vl' ad inimicādum pplo. Cognita aūt ieſus nequicia eorū: dicit Hiero. Prima ꝟtus mīdentis eſt interrogantiū mentē cognoſcere: quā ipe ɔgnouit Sap. viij. Jpe ſcit verſucias hoīm diſſolutiones argumētorū. q̄ȝ ſcribit᷑. prouer. xxi. Non eſt ſapiētia. nō eſt prudētia. nō eſt ɔſiliū ɔtra dn̄m. Ideo ait illis. Quid me tēptatis hypocrite. Gre. Hypocrita eſt q̄ ſimulat eē q̄d nō eſt. De tali dicit᷑ Iſa. ix. Omīs hypocrita nequā. Jō Eccl. i. Ne fueris hypocrita in cōſpectu hoīm: ⁊ ne ſcandaliſeris in labijs tuis. Attende in illis ne forte cadas ⁊ inducas anime tue inhonoratiōnē. q̄ȝ hypocriſis eſt mendaciū opis. de quo ſanct᷒ Tho. ij. ij. q. cxi. Hypocriſis eſt mendaciū in exteriorib᷒ ſignis. ⁊ nō refert vtrū q̄s mentiat᷑ verbo vel facto.

De eadem dominica.
Sermo. CLXXI.

## Oſtendite mihi numiſma cenſus. Matth. xxij. R

Eſt cōmune pūerbiū. numm᷒ nullibi eſt ita aptus niſi vbi fabricat᷑. Spūaliter. ſic anima humana eſt dei numm᷒. Iuxta illud Ezech. xviij. Omēs anime mee ſunt vt aīa patris. ita ⁊ aīa filij mea eſt. hic nūmus a deo fabricatus eſt. Iuxta illud Aug. Anima a deo creatur: creando infundit᷑. Iſte nūmus hʒ imaginē regis eterni. De q̄ Bern. ſup Cant. O anima inſignita dei imagīe. decorata ſilitudine. redempta ſanguine. dotata ſpūſſancti gratia. deputata cū angel᷑. heres diuine bonitatis. Ideo iſte nūmus nullibi ita apt᷒ eſt: niſi vbi fabricatus. ſ. apud deū. Dicit naqȝ phs. Unaqueqȝ res pficit᷑ in ɔiunctiōe ſui pncipij ⁊ originis: ⁊ nō quieſcit donec illuc pueniat. Sic ⁊ aīa vt figurat᷑ Gen. viij. Noe emiſit colūbam de archa. cū nō inuenit vbi quieſceret: reuerſa eſt in archam. Spūaliter. Noe interpretatur quieſcens: ⁊ ſignificat deū q̄ ſemp ab eterno in ſeipo quieuit ſine omī mutabilitate. Iuxta illud Malach. iij. Ego dn̄s ⁊ nō mutor. Attamē licet immutabil' eſt de᷒. tn̄ mutabilia pduxit. De q̄ Boeci᷒. iij. de ɔſol᷑. philo. metro. ix. Stabil' ille manens dat cuncta moueri. Sed archa in qua fuerunt omīa genera aīaliū viuentiū ſignificat mentē paternā: in qua ſunt omīa genera ſm̄ rōes ydeales ⁊ cauſales. vt dicit ſanct᷒ Tho. pte. i. q. iiij. articu. i. In deo ſunt pfectiōes omniū rerū. Sʒ columba. i. ſpirit᷒ rōnalis nō inuenit vbi requieſcat in re creata. ergo iterū in archā celi ⁊ diuinitatis reuerti debet. dicēdo cū Ps. lxxxiij. Concupiſcit ⁊ deficit aīa mea in atria dn̄i. q̄ȝ di. Augu. Dn̄e feciſti nos ad te: ⁊ inquietum eſt cor noſtrū donec requieſcat in te. q̄ȝ aīa ad h̄ eſt creata. vt dicit mgr̄ in. ij. ſniarū. di. i. Deus fecit rōnalem creaturā vt ſummū bonū intelligeret. intelligēdo amaret. amando poſſideret. poſſidēdo pfrueret᷑. Quapropter reqrit h̄ nūmiſma cēſus. de quo thema. S In verbis pmiſſis duo innuunt᷑. Primo requiſitio nūmiſmatis in oſtēſione. ibi. oſ̄dite mihi nūmiſma. Scd̄o reqſitio de imaginis impſſiōe. ibi. cuius eſt hec imago ⁊ ſupſcriptio. Pro q̄ nota tria debem᷒ oſtēdere deo. Primo iniqtatem in ɔfeſſione. ſcd̄o bonitatē in opatiōe. tercio imaginē in expiratōe. Dixi pmo debemus oſtēdere iniquitatē in cōfeſſione. De q̄ Luce. xvij. Ite ⁊ oſtendite vos ſacerdotib᷒. Nam ſi oſtēdis miſeriā in ɔfeſſione ipe oſ̄det miſericordiā in remiſſione. De q̄. i. Joh. i. Si ɔfiteamur pc̄ta nr̄a fidelis eſt ⁊ iuſt᷒ vt remittat